Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



81

motu celi et trismutacio in elementis ipsa enim or-
dinata fuit ad ~~complementum~~ numerum electorum.
quo completo ad iudicio cessabitur. Vba autem mea non
preteribunt. Attendite autem vobis et diligenter cauete
ne grauentur corda vra et deprimantur ad uicium crapu-
la et ebrietate et superfluitate cibi et potus. et cu-
ris huius uite sicut superflua sollicitudine terrenorum. et super-
ueniat super uos repentina dies illa iudicij. Tanquam
enim laqueus qui euadi nullomodo potest superueniet om-
nes qui sedet super faciem omnis terre. De die autem
et hora nemo scit. quia per rem naturalem homo non potest ipsa
ad certitudinem aliquam cognoscere. quia dependet ex simplici
dei uoluntate similiter nec per reuelacionem cognoscit
quia si hoc reuelasset aliquibus hoc fuisset factum aplis
qui fuerunt maxime illuminati. quibus tamen de hoc premitibus
mysterium non fuerunt nosse ipsa ut moneta. quem pater
posuit in sua potestate Nec angeli celorum sicut enim
principium mundi a solo deo fuit per omnipotentiam. ad quem mundum
immediate factum est. ita et finis mundi soli deo omni-
potenti est. et hoc xo reuelato. ad quem pertinet iudicare
de diuinis Nec filius nisi solus pater per hoc non excludit
filium ut spiritum sanctum sed magis includit quia vna est no-
tacio trium personarum. Sicut autem fuit in diebus noe cum
homines illius temporis erant in securitate nil timentes.
ita erit in diebus aduentus filij hominis sicut xo uenietis
ad iudicium Sicut enim erant ante diluuium comedentes
et bibentes. nubentes et nuptias tradentes. edebant et
bibebant. et vxores ducebant et dabant ad nupcias
in magna securitate existentes usque ad eam diem in quo
intrauit in archam noe. et non cognouerunt donec venit